

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 7

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

Q. 1. Quam sit actio, qua ager vectigalis
petitur? R. est actio in rem, qua is, cui
res vectigalis data, seu emphyteusis con-
stitutata, adversus quemvis possessorem intendit
sibi jus constitutum competere, adeoque rem
restituenda esse l. 1. §. 1. h.

Lib. 6. 21

Q. 2. Unde huius juris initia coepere?
R. à publicis fundis, quos Romani bello
captos non tantum militibus assignabant
verum etiam eos, qui propter bellum inculti
ac deserti erant, aliis pro certo vectigali
seu canone excolendos dare solebant.
quod deinde ad quascunq; civitates, imò
et ad privatos translatum et inde inde
jus emphyteuticum ortum. Verum quia in
Inst. §. 3. et jure Can. 4. de locato cond. iste
titulus sufficienter dilucidatur, plura de
eo dicere hic non vult.

Lib. 7.

Liber 7.

De usufructu, et quemadmodum quis ~~utatur~~
utatur, fruatur.

Q. 1. Quid sit usufructus? R. est jus alienis ^{7 formaliter}
rebus utendi fruendi, salva rerum substantia. ^{et proprie supdy.}
l. 1. h.

Q. 2. Quomodo accipiendum est, quod usufructus
sit pars dominii l. 4. ff. h. R. id intelligen-
dum de ^{usufructu} ~~dominio~~ causali; est autem usus fruc-
tus causalis fruendi facultas nihil aliud, quam
emolumentum, quod ea re sua quisq; consequitur.

Q. 3. Quibus modis constituitur usufruc-
tus? R. Vel ex facto hominum, vel à sola
lege. Ex facto hominum fit 1. per testamen-
tum, §. 1. Inst. h. 2. per contractum d. §. 1.

* familiae hereditariae
cunctas communi
dividendo finis
regulandi

Lib. 7.

3. Per iudicē in iudiciis divisiōis* cum alteri
proprietas, alteri ususfructus adjudicatur, l. 6.
s. 1. ff. h. 24. per usucapionē decennio inter
praesentes, vicennio inter absentes l. fin. C. de
prescript. long. temp. A sola lege verō cons-
tituitur, uti ut patri in bonis filii famil. ad-
ventitius l. 6. C. de bonis qua, item Matru,
qua transit ad secunda vota, in bonis,
qua ex successione liberorum prioris matri-
monii ad ea pervenerunt, l. 3. s. 1. C. de
secund. nupt. C.

Q. 4. In quibus rebus constituitur? R.
In omnibus fructioni accommodatis, sine sint
mobiles sine immobiles s. 3. just. etiam ex se
fuerint steriles, ut numismata aurea l. 28. ff. h.

Q. 5. Quomodo relinquatur alicui? R. Pure
vel sub conditione l. 9. s. 4. ff. ad exhib. Etiam
ad tempus l. 16. s. 2. ff. fam. heredit. tam in
parte divisa, quam indivisa l. 5. ff. h. *

* pars indivisa seu pro
indivisa est qua re in-
tegra manente intellectu
solum est pars; sic socius
in re communi v. g. agro
habet partē, dolio vini
habet partē, sed ita cum
alterius parte coniuncta
ut neuter possit sua
partē à pte socii dis-
fructa ostendere.

Q. 6. Qua emolumenta habeat usufructuarius?
R. Omnem fructum, sine res fuerit mobilis, sine
immobilis & et quid quid Dominus habere potest
ex illa rei l. 7. ff. h.

Q. 7. Quid si sylvae usufructus sit legatus?
R. Ex sylvae cadua, et arundineto ligna cadua,
et si illis non omnibus indigeat, pro lubitu
vendere potest, etiam si paterfamilias, id est pro-
prietarius non solitus erat vendere l. 9. s. fin.
ff. h. Est autem sylvae cadua, quando cadit,
et succisa rursus ex stirpibus et radicibus renas-
citur, l. 30. ff. de v. s. . .

* Quod si sylvae non sit cadua, qualis est, quae ex ar-
boribus frugiferis constat tantum ex ea succidenda
licet, quantum necessitas ^{villae} exigat. l. 10. et 11. h. De
mortua vero arboribus pertinent ad usufructuarium
ita tamen ut novas substituat. l. 18. ff. h. Et
quo inferitur, quod arboribus vi ventorum dejectis

vel conuulsa n' ad fructuaria sed propria -
riū pertineant; eo quod fructuarius in ha-
rū locū alius substituere n' debeatur,
l. 59. ff. h.

Lib. 7. 22

Q. 8. Quid si fundus lapideas habeat,
vel creta, aut arena fodinas? R. quod his om-
nibus fructuarius, ut bonus paterfamil. possit uti,
sicut etiam metallorum quorumcumq; fodinis l. 9.
§. 2. et l. 9. ff. h. t. Idq; in tantum verū est, ut
non tantum eis frui queat, quas paterfamil. instituit
sed etiam ipse de novo eas instituere potest, si ni-
hil agricultura noceant, l. 13 §. 1. inde 5 ff. h. t.

Q. 9. Postne usufructuarius aedificium exstruere? q in fundo
R. neg. nisi quod ad fructus recondendos est ne-
cessarium, l. 13. §. 6 ff. h. Ita nec seruitute impo-
nere potest; quia causa proprietatis deteriorem
facere non debet.

Q. 10 Ad qua onera fructuarius tenetur?
Debet rem usufructuaria reficere, si impensa
sit modica l. 9. ff. h. Præterea tenetur tributa,
et collectas, aliaq; onera soluere nisi tam ma-
gna fuerint, ut ipsos fructus superent; arg. l. 7. §.
2. de leg. l. 30 §. 1. de legat. 3. Vid. Struv. hic
Hesi 24

Q. 11 Quis effectus usufructus? R. quod
usufructuario liceat usufructu alteri locare,
vendere aut oppignare l. 8. pr. ff. de rebus
auth. jud. possid. quia usufructuarius in hisce
casibus frui videtur, si modo non ipsa rem usu-
fructuaria distringat, vel oppignoret l. 9. c. de
usufructu.

Tit. 2.

Q. 1. De usufructu accrescendo

Quid est jus accrescendi? R. est jus retinende par-
tis ejus qui conjunctus est, sed non concurrat, vel
concurrere desit. ~~Id est clarum, fiat, v. g. Cajo et~~
sejot relicta est usufructus alicujus fundi, si cajo ^{aut} non acceptet, q conjunctim
vel accepta tu repudiat, accrescit, seu acquiritur Titio pars Caij

Lib. 7.

7 *usufructu*

Q. 2. Quotuplex sit conjunctio: R. Triplicem constitui, prima est conjunctio realis, tantum si videlicet duobus vel pluribus eadem res in solidum legatur diversis tamen orationibus seu verborum structuris. v. g. si testator dicat: Titio lego ~~mei~~ fundi usufructum, et Caio lego eundem usufructum.

Conjunctio verbalis est, quando duobus vel pluribus eadem res una oratione aequis tamen partibus legatur v. g. Titio et Caio lego usufructum fundi mei pro equalibus partibus.

Conjunctio tandem mixta id est realis et verbalis simul dicitur, si duobus vel pluribus eadem res una et eadem oratione absque partium assignatione legatur, v. g. Marcio et Seio lego usufructum C.

Q. 3. An in omnibus conjunctionis speciebus sit jus accrescendi? R. ^{affirm.} ~~quod~~ in conjunctione mixta et verbalis, l. 1. ff. h. at in conjunctione reali tantum potius jus non decrescendi, quam accrescendi locum habet dici debet; in hac enim totus v. g. usufructus Titio legatur ergo si non concurrat Caius, cui idem etiam fundus legatus est, usufructus ita legatus Titio potius non decrescit, quam accrescit.

Q. 4. Quanam forte sit differentia inter legatum proprietatis et usufructus quo ad jus accrescendi? R. Proprietas collegataria tunc solum accrescit, si unus legatarius moriatur ante testatorem, vel post mortem ejus repudiet, postquam autem legatarius semel acquisivit legatum, tunc ^{ejus} portio collegataria accrescere non potest, sed ~~transit~~; usufructus vero, quando unus legatarius moritur etiamsi per 20 annos iam fructus fuisset, adhuc accrescit superstiti, quo ad portionem defuncti l. 1. §. 3. ff. h. Praeterea usufructus etiam ei, qui portionem

7 primo occupanti
si valeat

am amittit, accrescit. v. g. ^{Cajus et Sejo} ~~Quibus~~ Legatus est
usufructus, Cajus amittit sua parte, ^{Cite contestata} ~~quae est unius~~ Lib. 7. 23
~~dominio proprietatis~~. postea etiam seu pars va-
care incipit, hoc non Domino proprietatis, sed
Cajo accrescit l. 10 ff. h. Ratio est, quia usus, fruc-
tus non parti seu non rei adheret sed persona
est enim jus personale.

* Ex dictis contrario constat, qd quoties soli-
dum seu tota res conjunctim non est legata,
sed unicuique sigillatim pars sua usus est lega-
ta toties accrescendi jus cesset l. 1. ff. h.

Tit. 3.

Quomodo dies usufructus Legati cedat.

Q. 1. Quid sit cedere dies, et quid sit
venire diem? R. Cedere diem nil aliud
significat, quam incipere deberi pecunia, et
venire diem nil aliud est, quam tempus venisse,
quo etiam ^{res} dari potest; non raro enim multa
debentur, quae tamen non recte illiis pe-
duntur.

Q. 2. Quid importet, quod dies cesserit?
sed nondum venerit. R. quod operetur
transmissionem; hinc si Legatarius pro-
prietatis moreretur post testamentum ante
tamen aditionem hereditatis, nihilominus illud
legatum ad suos successores seu heredes trans-
mittit l. 5. §. 1 ff. quando dies legat.

Q. 3. Quando dies in legato usufructus cadat
R. in hoc solum cedit et venit adita hereditate
l. 2. ff. d. d. Cum enim haec personalia legata
persona non exsistantur, sed cum ea extinguan-
tur, cessio dies ante adita hereditate nihil in
eis operatur, qua inventa est, ne per mora
heredis non aduentis extinguatur legatum, sed trans-
mittatur ad praemortui legatarii heredes, qua transmis-
sio inutilis hinc est; cum ob sua personalitate talia legata
transmitti nequeant.

Lib. 7.

Tit. 24.
De quibus modis usus fructus vel usus
ambitus

De hoc tit. vid. ^{inss.} §. 2. l. 2. de usu fructu.

Tit. 5.

De usu fructu eam rerum, quae
usu consumuntur, vel minuantur.

Suppono, quod datur duplex usus fructus, ~~unus~~
alius scilicet: verus et proprius talis de quo haec
verus, alius quasi, seu improprie dicitur usus
fructus, de quo iam praesens intelligi debet
titulus, vide

7 pecunia
Q. 1. In quo consistat quasi-usus fructus? R. In
rebus, usu consumptilibus, puta in vino, oleo et
fructu l. 2. ff. et aliis similibus, quarum usus
non est nisi abusu. ^{perno}

Non obstat, quod pecunia naturaliter ^{usu} non
consumatur ^{nam} assidua tamen expositione saltem
civiliter consumitur, cum eius usus alius n. sit
quam ut permutetur, et utendo notha deficiat.

Q. 2. An in rebus quae usu minuantur, ut
in vestimentis, verus, vel quasi usus fructus
constituatur? R. Distinguedu inter ea quae
rarisime utimur, ut sunt vestes lugubres, scenicae
et in hisce verus erit usus fructus; et ea, quae
sunt in quotidiano usu, et in hisce erit quasi
usus fructus, l. 15 §. 2. et 7 ff. hic

Q. 3. Quales sunt differentiae inter utrumque
usum fructum? R. praecipua esse, quod
in vero usus fructu aliquis utatur, et fruatur
re aliena, in quasi autem re propria, quia
usufructuarius plenum acquirit dominium, l. 7.

H. h. sed ad tardandem dumtaxat in eodem
genere, vel estimationem finiti usufructus, ten-
pore obligabitur Lib. 7. 24

Titul. 6.

Si usufructus petatur, vel ad alium
pertinere negatur.

Q. 1. Quotplex de usufructu actio datur?

R. duplex altera confessoria, qua usufructu mihi
constitutum ^{aspero} petitur; altera negatoria, qua
in re mea tibi usufructum constitutum ne-
go. Caterum explanatione huius tituli vid. in
seq. Lib. 8. §. 5.

T. 4.
De operis servorum

Q. 1. Quid sit jus operam servilium? R.
est servitus personalis, qua omnem utilitatem
ex operis alieni servi quis percipit (l. 1. et
legg. h. 2. sed haec servitus hodie n'est amplius
in usu.

Tit. 8.

De usu et habitatione

De hoc titulo diximus in int. l. 2. §. 5.

Tit. 9.

Usufructuarius quemadmodum ca-
veat?

Q. 1. Quid caveat Usufructuarius? R. 1. se-
re usurum ut vir bonus uti solet. 2. finitum
usufructum se restitutum sine omni dolo.
porro in quasi usufructu cavetur de restituenda
re in genere, sine ejus estimatione finito
usufructu. §. 5. 2. §. 1. de usufruct.

Lib. 7.

~~De usufructu cautiones istae~~

Q. 2. Est ne cautio de substantia? R.
Neg. sine uery sine quasi usufructu petatur;
cautiones quia nonnullis remissa sunt, et usufructu vel
quasi ante cautionem subsistit, l. 5. §. ff. de
usufructu car. rer. Sunt tamen necessaria,
cautiones quoties hares eas exigere voluerit l. 1. C. de usufr.

Q. 3. Quibus ergo remittitur cautio? R. 1.
Fisco, quia cum is semper locupletis censetur,
non solet satis dare, l. 3. ff. si plus. 2. Patri
in bonis adventitiis filiorum fam. l. fin. C. de
bon. q. liber. 3. Donatori, qui proprietatem reser-
uato usufructu donavit. arg. ff. l. res. ff. de h. j.
4. Cui ex certo die proprietatem alicui legata est,
et usufructus pure, quia certum est, ad eum, vel eius
haeredem proprietatem peruenturam, adeoque minime timen-
dum est, fructuarium tale, deterioram redditurum
esse proprietatem, cum sibi ipsi et non alii noceret.
l. 9. §. 2. ff. h.

Q. 4. Faciatne fructuaris fructus suos ante
praestitam cautionem? R. aff. modo bona fide
nactus sit, quia cautio non est de substantia
ut iam diximus. licet igitur cautio omnes conditio-
nes seu peti possit, scilicet tamen fructus et usurae.
l. 5. §. 1. ff. de usufr. car. rer.

Q. 5. an statim detur actio adversus fructua-
rium, si re male utatur? R. aff. l. 1. §. 6. h.
ut sub. vel ad interdictum, vel ad privationem agatur.
Struv. th. 66.

Q. 6. Quomodo praestetur cautio? R. per fide-
jussores, si vero non reperiantur, tunc et fructua-
rius ad iuratoria admittitur, nisi sit suspectus de
dilapidatione, quo casu praestatores locari tertio
vel administrationem credi Domino, ut is pro fruc-
tibus solvat, l. 7. §. ult. ff. qui satisd.